

QVÆSTIO MEDICA,

QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS DISCVTIENDA

MANE IN SCHOLIS MEDICORVM .DIE IOVIS XV. IANVARII. M. FRANCISCO MANDAT
DOCTORE MEDICO MODERATORE.

An à Rheumatismo Dysenteria nascitur?

677

MORBI ex alijs nati suscitantur *vel à vicinitate, vel à similitudine*. Illa fit cum superfluo priore foco pars in alterius affectum trahitur, tam *variis* quam *invariis*, quarum prior vicinitate, operis societate, & generis similitudine oriri solet: hæc materiæ morbum committentis propagatione. *Tertiana* tenesmus stranguaria & abortum inducit, pleuritis febri *si à vicinitate* utriusque affectus mammæ detegunt, in canina resolutione sana oris pars affectæ compatitur: *si à similitudine*, mulculus temporalis laeso oculo leditur, vesica vertebris ossis sacri affectis, vox testibus male constitutis. Nulla *invariis* leuationem affert primigenij morbi à quo enascitur, sed calamitola prope omnis: qua ratione epilepsia aut stranguria hydræ pice, dysenteria lienosis, dolores cervicis ijs qui animo perturbantur sine periculo nunquam superueniunt.

IT verò metaprosis cum relicto priori foco in aliam corporis partem noxius & effrenis humor infiltrit, vel à nobili ad ignobilem per *invariis*, vel ab ignobili ad nobilem per *variis*. Ut perpetuo formidanda *variis*, sic interdum exoptanda *variis*; bonum si ab interioribus partibus ad exteriores erysipelas erumpat; bonum quoque si lienosis affectus in dysenteriam abeat: soluit hydræ pem (quæ non semper à frigido hepate est) superueniens diarrhœa, lipyriam febri cholera morbus, caulium icterus septimo adueniens die, apoplexiam paralyfis & hæmorrhoides. Metastasis ad ægri noxam proritur, prioribusque deterioribus inducit affectus. Sic dolores cum febre lumbis imilique partibus affixi, si his relicti præcordia inuadant, perniciosi, sic angine salutare aliàs, cum intro recurant periculose, sic vlcerose dysenterie à suppresso exteriori rheumatismo *variis*, multoque deteriores sunt illis que absque intellini vlcere consistunt, aut que cum vlcere, non tamen depascente aut sordido adsunt.

RHEVMATISMVS non est humoris pituitosi è capite descensus, sed conferta humoris serosi diluies non modò in articulos, sed in medios artus & externum corporis habitum irruens, vagosque ac succedaneos dolores inferens, verè arthriticorum & eorum qui à lue venerea excitantur æmulos. Quem affectum committit *variis*, quatuor humorum proprius, à ferido hepate genitus, qui dum à robustis partibus in debilibus fertur, & ab iis in omnium maxime ignauas ætluans in venis diuisiua sic fluctuat, à quibus euomitur modò in hoc, modò in aliud latus improuisò insultu, sepe sine robore aut tumore, non sine febre tamen, periosium membranofumque genus acuto dolore exercens. Provis humor tenuis est & calidus quaquaersum peruat, & ab vna parte ad aliam subito decubitu transmigra. Provis acer est & mordicans affectas partes pungit & lancinat: quod si quoque copiosus quasi pistillo rundit, *variis* partit, & partes in modicum tumorem rubrum, inæqualem, excruciantem attollit.

ASORBENDÆ tam importunè illuicæ, frustra sudores sollicitantur, aut phlegmi purpuratarum febrium inane præsidium admoventur, frustra queuntur hypocausta, frustra hydragoga vel deficiantia medicamenta præcibuntur. Sectio venæ frequens, crebra enemata, refrigerantia & humectantia omnia, blanda sub finem cathartica, ex lenna, rheo, confectioe vniuersali, syrupo diarhodon, ac inter topica oxyrhodinum & oxycratum, morbi huius contumaciam expugnant. Que cum omittuntur, vel effusi ad articulos humores abscessus pariunt, mouendique libertatem artubus auferunt; vel ad interiora per *variis* iter affectant, & in capite paroplexiam, tertianis interdum febribus superuenientem, lethargum periodicæ, epilepsiam excitant; in thorace hydræ pem solâ paracentesi mandandam, dyspnœam grauissimam diureticis oppugnandam, peripneumoniam denique, & syncopem lethalem.

VOTIES verò in ventrem inferiorè prædicti humores confluunt, præ vernacula tenuitate facilè exundant per portas viscerum, partim quidem in ventriculû per venâ gastricam, vbi aqueum accersunt vomitû partim per melaïcos ramos in amplam intellinorû cavitatè, vbi serosam diarrhœam pariunt, aliquando criticam si copiosè, liberè ac raro alius fetatur, crasse feculentibus excrementis; symptomatice verò & maleficam, cum multum ac sepe, aut sape ac parum eadem alius mouetur. Quod autem in medio per hepar decursu serum hoc acre radices meatuum cholidocorum præterfluat, bilêmque plurimam estu perenni hepatis genitam hinc ebibat, frequenti per intestina descensu fecum reliquias absterget primò, dein adipem intestina obliuentem, interiorèmq; eorum membranam abradit, ex quo succedit dysenteria, que quod ab acri & erodente succo cietur, quem fouet & continuo gignit viscerum ætus, quodque in partestremiores & ignobiliores serum illud viscera non deriuent ob excernendi *variis* ferrox tandem euadit affectus *variis*.

Ergo à Rheumatismo Dysenteria nascitur. 124

Proponebat Lutetiæ Vrbanus Bodineau Andegauus. Anno. R. S. H. 1626.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Claudius Quiquebenf.

M. Thomas Gamarre.

M. Anthonius Charpentier.

M. Franciscus Pjart.

M. Petrus Garadet.

M. Anthonius Robin.

M. Guillelmus du Val. P. R.

M. Ioannes Akakia. M. R.

M. Gaspar Brayer.

